



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Francisci Borgiae Tertij Societatis Iesv Generalis

Ribadeneyra, Pedro de

Mogvntiae, 1603

II. Quale studium concioni adhibendum

urn:nbn:de:hbz:466:1-45256

vt in ipso audeas, prout oportet loqui. Legatione enim fungeris, siue ex officio, quo teneris, siue ex obedientia, qua tibi hoc munus mādāt.

CAPVT II.

Quale studium concioni
adhibendum.

HAC preparatione, oratione, & sui cognitione instructus Euangelium legat, quod explanandum suscepit, facto prius conscientiae examine, quam librum aperiat: puluis enim peccatorum oculos spiritus impedit, quo minus possit à vilibus *hier 15.* pretiosa discernere, vt oportet, teste Propheta, facere illum, qui DEI ore, & lingua loqui vult. Lecto Euangelio, sanctorum Patrum, Ecclesiae Doctorum veterum expositionem consulat, & recentiorum eos qui ingenio suo magis quadrant: petatque à DEO Spiritum, quem cum illis Sanctis communicauit, in explicando

Euang.

Euangelio. Nam sine illo Spiritu frigide saepe dicet Concionator, & fructum ex auditoribus non colliget. Caueat diligenter Ecclesiastes, ne formulis, & phrasibus hereticorum utatur. Sanctorum Patrum scripta attente legat, nec audacter, quae ab illis dicta sunt, proferat; illi enim saepe, ut tempora tum ferebant, cum scriberent, & quo sine scribebant, non errarunt: nonnulla dixerunt, quae, si in hoc saeculo incidissent, non erant dicturi. Nec illorum verba citet in suggestu, impugnandi gratia, vel refellendi; id enim esset Sanctorum auctoritati derogare, & populum offendere. Habeat illos potius humili sensu magistrorum loco, usque additus sit, gaudeatque se instrumentum esse gloriae accidentalis Sanctorum, renouando honorifica praedicatione sanctam, quam docuerunt, doctrinam, litterisque mandarunt ad DEI gloriam,

riam, & Euangelij incrementum,
 animorumque salutem. Vitabis
 tanquam scopulos, inuenta à se, at-
 que excogitata temere plebi obtru-
 dere: quin potius receptam Scriptu-
 ra interpretationem libenter ample-
 ctatur, optimamque interpretandi
 rationem existimet, Scripturam per
 alia Scripturae loca interpretari, &
 Patrum loca inter se componere.
 Vulgatam Bibliorum lectionem re-
 ligiose sequatur, sensum sequutus
 sanctorum Augustini, Hieronymi,
 Gregorij, Ambrosii, atque Chryso-
 stomi: Glossam item, quam Inter-
 linearem, & Ordinariam vocant,
 non fastidiat. Scripturae loca inter-
 pretari non audeat, nisi bene intel-
 lecta. Tanquam rem sigillo obigna-
 tam reuerenter Scripturam, & hu-
 militer tractet, praemissa precatio-
 ne, adhibitoque diligenti studio: sic
 fiet, vt Deus abdita resignet, & qua-
 si te-

si te
 nim
 hui
 lis;
 sequ
 ctis i
 tris,
 conf
 An
 toru
 diui
 rium
 rit e
 disq
 tanq
 stis;
 tere
 diel
 cem
 dum
 leda
 mili
 anch

si tenebris obducta reuelet. Solet enim quæ abscondit sapientibus huius mundi, reuelare ea paruulis; quod curiosi, & superbi non consequuntur, sed humilibus datur. Lectis iam diligenter interpretibus sacris, ruminet accurate, attenteque consideret, atque inuenta disponat. Animum inde sacrarij loco, & adytorum conseruet, haustis tanquam diuitiis ex thesauris DEI familiarium sanctorum Patrum. Meminerit eidem DEO clauem tradere, cordisque sui custodiam commendare, tanquam capsulam doctrinae celestis; uti vere cum Propheta Regio dicitur: In corde meo abscondi eloquia tua, ut nunquam peccem tibi. Sic itaq; munitus si interdum, ut fit humanitus, a demone ledaris, pudeat te tui, peniteatq; humiliter confugies statim, tanquam ad anchoram, ad Confessionis sacramentum.

Mat. XIII.

Psa. LII.

I. Cor. 4. Meminerit quoque thesaurum se portare in vasis fictilibus, quæ DEO commendet, vt thesaurus ille tutus sit à furto demonis, & inanis gloria. Quemadmodum fecisse accepimus beatum Franciscum, DEVM sicut idem appellando: Custodi, Domine, tuos ipse thesauros; cognoui enim furem me esse; alioqui eos ipse vel furto auferat, vel hosti tradam.

CAPVT III.

De meditatione ante con-
cionem.

I. Re. 18. **N**EC satis ducat Ecclesiastes, legisse, studiumq; adhibuisse, memoriaque complexum esse dicenda; verum in mentem illi veniat Elia Propheta exemplum, qui comparatis iis quæ ad sacrificiũ necessaria essent, DEVM orauit, ignem de celo mitteret, quo victima incenderetur: Et cecidit ignis Domini, inquit
Scri-